

233.

Landgraf Hermann bestätigt, daß Frau Bia von Salza dem Kloster St. Nicolai anstatt der Kaufsumme für die dem letzteren bisher gehörigen Güter in Velt eine in Salza gelegene Mühle auf Wiederkauf übergiebt. [1211—1216.]

- 5 *Hdschr.: Or. Perg. Geh. Haupt- und Staatsarchiv Weimar. S., an weißer Schnur, = Taf. XI. 5. Phot. II. St. A.*
Anm.: Die Urkunde gehört wegen des Siegels in die Zeit von 1211—1216.

Hermannus [de]i gracia Thuringie lantgravius Saxonie comes palatinus omni|bus
 presens scriptum perspicientibus salutem in eo, qui est vera salus. Con|stare tam futuri
 quam presentis temporis hominibus volumus, quod ecclesie bea|ti Nicolai prepositus
 10 Bertoldus nobis permittentibus ecclesie supra dicte bona Uelt^a) domine Bie de Salza pro
 triginta marcis vendidit, que videlicet domina Bia pro eodem argento eidem ecclesie
 molandinum in Salza situm contradidit, quam traditionem nos una cum preposito presentibus
 comite Henrico de Stabelberch, Henrico de Mildensteinine, Gunthero dapifero, Henrico
 marsealco, Nortmanno et Burchardo de Crucebvreh, Hugone de Svmeringne, Hermanno
 15 de Fvrre, Hermanno de Pecenich, Ottone de Crebezuelt^b), Cristiano Girbvch de manu
 domine Bie et Guntheri dapiferi eius patroni suscepimus hoc adiecto, ut ei vel filio vel
 filie filii sui pro eodem reemere liceat argento. Ut igitur hoc ratum habeatur, hec cedula
 nostro sigillo est roborata[ta].

234.

- 20 *Hartmann von Lobdeburg beurkundet, daß die verstorbene Markgräfin Sophia von Meissen 9 Hufen und die Kirche zu Zadel erkaufte und zu ihrem Seelenheil dem Kloster Altzelle überwiesen habe und daß, obwohl seine Ehefrau und er in deren Stellvertretung das in Frage kommende Gut wegen Erbensprüchen hätte fordern können, sie gleichwohl auf dasselbe Verzicht geleistet habe.* [Um 1216.]

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 201. S. verloren.

- 25 *Anm.: Bücherschrift. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 23. Die Urkunde, ohne Datum, ist hier eingereiht, weil sie sich der Markgraf Dietrichs vom 21. Jan. 1216 anschließt.*

In nomine domini Hartmannus de Lobedebure. Notum sit cuilibet fidelium,
 quod | domina mea, domina Sophia Misnensis marchionissa beate memorie, VIII | mansos
 cum ecclesia in Zadele pecunia sua comparavit et pro testamento suo et ani|me sue
 30 remedio Cellensi ecclesie donavit. Verum quamvis uxor mea et ego eius vice predium
 illud hereditario iure repetere possemus, tamen assensum per omnia devotum illi facto
 adhibemus, si vero aliqua persona aliquo iure ficto se temptaverit ingerere et predictam
 ecclesiam pro bonis illis impetere, nos quasi veri heredes, omni quo tenemur iure, pro
 predicta ecclesia stare satagemus et eam bonis illis orbare nullo modo permittemus.

- 35 **232.** a) Ende der Zeile 4: in, Zeile 5 beginnt in uelt. Die Präposition ist aus Versehen doppelt gesetzt. Der Ort
 kommt bereits No. 19 als Ueld vor. b) Crebesuelt Or.